

2



MARQUÉS DE SAN JUAN
DE PIEDRAS ALBAS
EX LIBRIS



2.

Lepp



OFFICIA
PECULIARIUM FESTORUM
ABULENSIS ECCLESIAE
ET DIOECESIS

A SS. D. N. CLEMENTE VIII., ET
Innocentio X. olim approbata. Et Octa-
væ Transfigurationis D. N. J. C. Titu-
lar. & SS. Patronor. ejusd. Eccl. & Diœ-
cesis, depromptæ ex Octavario Romano
à SS. D. N. Urbano VIII. ad usum totius
orbis Ecclesiarum approbato,
& concesso.



SUPERIORUM PERMISU ET PRIVILEGIO.

MATRITI: Ex Officina Josephi Doblado.
Anno MDCCXC.

А. В. СИДОРЕНКО
МУЗЕЙНОЕ ОБЩЕСТВО
21. 10. 1910

ТВ. КНУ СТАРОГО ДОЛЖНО
БЫЛО ПРИДЕСТЬ КОМПАНИИ
А. Г. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.
А. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.
А. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

С. И. М. Н. А. И. М. Н. А. И. М. Н. А.

*NOS DON JOSEPH GARCIA HERREROS,
Caballero Pensionista de la Real distinguida Or-
den de Carlos Tercero , Dignidad y Canonigo de
la Santa Metropolitana Iglesia de Valencia , del
Consejo de S. M. , Comisario Apostólico General
de la Santa Cruzada , Subsidio y Escusado , y
Juez único y privativo para todo lo tocante al
nuevo Rezado , su distribucion , tasa y venta Sc.*

POR quanto con nuestra licencia , y permiso del Padre Administrador del nuevo Rezado , que reside en esta Corte , se han impreso en ella , de consentimiento de la Real Compañía de Libreros , é Impresores de la misma , por el Impresor Joseph Do-blado , la Misa para la Festividad de los Mártires , San Vicente , Sabina y Christeta , y los Oficios de otros Santos propios , de que se reza en la Santa Apostólica Iglesia de Avila y todo su Obispado , que se han puesto en Quaderno separado para este efecto , el qual de nuestra orden se ha visto , corregido y comprobado con el que ha servido de original , por Don Joachín Castellot , Capellán Doctoral de la Real Capilla de la Encarnacion , uno de los Revisores y Correctores nombrados , y certificado éste de estar conforme y arreglado : Da-mos y asímismo concedemos nuestra licencia á Don Joseph Antonio García Texero , Racionero , Dignidad de Chantre , y Maestro de Ceremonias de la expresada Santa Iglesia de Avila , para que pueda distribuir y vender cada exemplar de los un mil y quinientos impresos á razon de setenta marave-dís

dís en papel , y el pliego en que se contiene la Misa de los referidos Santos Mártires á diez maravedís tambien en papel , de cuya tasa no se ha de exceder con pretexto alguno ; y para que así se cumpla prevenimos y mandamos que este nuestro Despacho se imprimá y se ponga al principio de cada Quaderno : é igualmente mandamos , que ningun Impresor , Librero , ni otra persona alguna pueda imprimir , reimprimir , ni vender mas exemplares de los que han sido impresos de dicha Misa y Rezos propios , sin nuestro permiso por escrito , báxo la pena de perdimiento de ellos , y de doscientos ducados aplicados por mirad al Real Monasterio de San Lorenzo del Escorial , y santos fiés de Cruzada. Dada en Madrid á veinte y ocho de Diciembre de mil setecientos y noventa.

Don Joseph García Herreros.

Por mandado de S. I.

Antonio de Quadra.

OFFICIA PECULIARIUM FESTORUM

ABULENSIS

ECCLESIAE, ET EJUS DIOECESIS,

MENSIS MAII.

DIE II. MAII.

In Festo S. Secundi
Episcopi & Martyris,
ac Patroni nostræ Alm.
Apost. Cath. Eccles. &
tot. Diœc.

Dup. primæ clas.
cum Octav. omnia de
communi unius Mart.
Pontif. tempore Pascha-
li, præter lectiones se-
cundi Noct. quæ sunt
propriæ, & in Breviar.
Roman inveniuntur in
Codic. SS. Hispan. die
13. huj.

DIE V. MAII.

In Festo Coronæ
Domini.
Duplex maj.
Ad Vesperas Aña.

Adest dies lætitiae, quo
diadema spineum com-
mendatur memoriæ,
Christi roseo cruce per-
fusum: Alleluia. Psal-
mus. Dixit Dominus.

109.

Posuisti Domine su-
per caput Christi co-
rōnam spineam, ejus
pretioso sanguine deco-
rà.

Râtam: Allelúia. Psalm.
C onfítetur. 110.

Coróna spínea super
caput ejus, expréssas ig-
no sanctitatis, glóriæ, &
honoris: Allelúia. Psal-
mus. B eatus vir. 111.

Summum Regem
glóriæ spínis coronâ-
tum irridet plebs pérfi-
da, morti condemná-
tum: Allelúia. Psalm.
L audáte púeri. 112.

Pungens spina vúl-
nerat Christum, mor-
tem patiéntem: & à
morte líberat pópulum
cédentem: Allelúia.
Psalm. L audáte Dómi-
num omnes gentes.

116.

Capitulum.
E Grédímini filiæ
Sion, & vidête Re-
gém Salomónem in dia-

démate, quo coronâvit
illum Mater sua in die
desponsationis illius.

R. Deo grátias.

Hymnus.

Audá fidélis cón-
cio

Spínæ trophæum ícli-
tum:

Per quam perit perdítio,
Vitæque datur méritum.

Nos à punctúris líberat

Æténi Patris Fílius,
Dum spínis pungi tó-
lerat

Spinârum culpæ nesciis.

Cum spinârum acú-
leum

Christus pro nobis pé-
tulit,

Per diadéma spíneum
Vitæ corônam cónculit.

P laudat turba fidélium,
Quod per spínæ ludí-
brium

Pur-

Purgat Creator omni-
nium
Spineti nostri vitium.
Ut sis perenne mente-
bus

Paschale Jesu gaudium;
A morte dira criminum
Vitae renatos libera.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paracclito
In sempiterna saecula.

Amen.

V. Tuam coronam
adoramus Domine, alle-
lulia. R. Tuum gloriô-
sum recolimus triûm-
phum, Alleluia.

Ad Magnificat. Aña.

Gaude fœlix mater
Ecclésia: adsunt tibi
nova solémnia corônæ
Dominicæ, quæ capi-

ti Christi pro salute
nostra fuit impórita: Al-
lúia.

Oratio.

PRæsta, quæsumus
omnipotens Deus,
ut qui in memóriam
passiōnis Dómini nos-
tri Jesu Christi, corô-
nam ejus spíneam ve-
nerâmur in terris: ab
ipso glória & honore
coronari mereâmur in
cœlis. Per eūdem Dó-
minum, &c.

Deinde fit commem.
S. Monic. Vid. & Oct.
S. Secun.

Ad Matutinum Invita-
torium.

Christum Regem
pro nobis spinis coro-
nâ-

nâtum * Venîte adorê-
mus : Alleluia. Psalm.
Venîte , exultêmus Dô-
mino.

Hymnus.

A Térnæ Regi gló-
riæ
Devóta laudum cántica
Fidéles solvant hódie
Pro coróna Domínica.
Corônat Regem óm-
nium
Corôna contuméliæ,
Cujus nobis opprórium
Corônam cónfert glóriæ;
De spinârum acúleis
Christo corôna plécti-
tur:
Qua minístris tartáreis,
Mundi potéstas tollit.
Corôna Christi cárpit
Sacro perfusa sanguine,
Pœnis solútis débitis,
Reos purgat à crímine.

Ut sis perenne ménitu-
bus
Paschâle Jesu gáudium;
A morte dira crími-
num

Vitæ renátos líbera.
Deo Patri sit glória,
Et Fílio , qui à mórtuis
Surréxit , ac Paráclito,
In sempitérna sæcula.
Amen.

In primo Nocturno.

Aña. Mílites ple-
téntes corônam de spi-
nis , posuérunt super ca-
put Jesu , & arúndinem
in dexterâ ejus : Alle-
luia. Psalm. Beatus vir.
1. Quare fremuérunt. 2.
Dómine quid multipli-
câti 3.

Pleténtes mílites
corônam spíneam , Al-
le-

lelúia. R. Posuérunt su-
per caput Dómini. Al-
lelúia. Pater noster.

De Isaía Prophéta.

Lectio j. (*Cap. 53. à 1.*)

QUIS crédidit au-
dítui nostro? Et
bráchium Dómi-
ni , cui revelátum est?
Et ascéndet sicut vir-
gúltum coram eo , &
sicut radix de terra si-
tiénti : non est spécies
ei, neque décor : & ví-
dimus eum, & non erat
aspéctus, & desiderávi-
mus eum. Despéctum,
& novíssimum virô-
rum, virum dolórum,
& sciéntem infirmitá-
tem: & quasi abscondi-
tus vultus ejus, & des-

péctus , undè nec repu-
távimus eum. Verè lan-
guóres nostros ipse tu-
lit , & dolóres nostros
ipse portâvit : & nos
putávimus eum quasi
leprósum, & percússum
à Deo, & humiliátum.
Tu autem Dómine mi-
serère nobis. R. Ecce
vídimus eum non ha-
bentem spéciem, neque
decorém: aspéctus ejus
in eo non est. Hic pec-
cata nostra portâvit , &
pro nobis dolet : Ipse
autem vulnerátus est
propter iniquitátes nos-
tras : * Cujus livore
sanáti sumus: Allelúia,
Allelúia. R. Verè lan-
guóres nostros ipsetulit,
& dolóres nostros ipse
portâvit. Cujus, &c.

Lec-

Lectio ij.

TPse autem vulnerâ-
tus est propter ini-
quitâtes nostras, attritus
est propter scélera nos-
tra, disciplina pacis
nostræ super eum, &
livore ejus sanati su-
mus. Omnes nos qua-
si oves errávimus, unus-
quisque in viam suam
declinâvit, & pósuit
Dóminus in eo iniqui-
tatem ómnium nos-
trum. Oblatus est quia
ipse voluit, & non apé-
rui os suum: sicut ovis
ad occisionem ducétur,
& quasi agnus coram
tondente se obmutés-
cet, & non apériet os
suum. De angústia &
júdicio sublatus est: ge-
nerationem ejus quis

enarrávit? quia abscissus
est de terra viventium,
propter scelus populi
mei percussi eum. Tu
autem.

R. Eram quasi ag-
nus innocentis: ductus
sum ad immolandum,
& nesciebam; consilium
fecerunt inimici mei
adversum me, dicentes:
*Venite mitamus lig-
num in panem ejus, &
eradamus eum de terra
viventium, Alleluia. **V.**
Omnes inimici mei ad-
versum me, cogitabant
mala mihi: verbum
iniquum mandaverunt
adversum me. Venite
&c.

Lectio iij.

Et dabit impios
pro sepultura, &
divitem pro morte sua,
eo

eo quod iniquitatem
non fecerit, neque do-
lus fuerit in ore ejus. Et
Dominus voluit conté-
rere eum in infirmitate.
Si posuerit pro pec-
cato animam suam, vi-
dēbit semen longæ-
vum, & voluntas Dó-
mini in manu ejus di-
rigētur. Pro eo quod
laboravit anima ejus, vi-
dēbit, & saturabitur; in
scientia sua justificabit
ipse justus servus meus
multos, & iniquitates
eorum ipse portabit.
Ideo dispertiam ei plu-
rimos, & fortium dívi-
det spolia, pro eo quod
tradidit in mortem ani-
mam suam, & cum sce-
leratis reputatus est. Et
ipse peccata multorum
tulit, & pro transgressó-

ribus rogavit. Tu au-
tem.

R. Sicut ovis ad
occisionem ductus est,
& cum male tractaretur
non aperteuit os suum,
traditus est ad mortem.
* Ut vivificaret popu-
lum suum. Alleluia, Al-
leluia : **v.** Tradidit in
mortem animam suam,
& inter sceleratos repu-
tatus est. Ut vivificaret.
&c. Glória Patri. Ut
vivificaret.

A
In secundo Nocturno,

Aña. Mílitē addú-
cunt Jesum in prætó-
rium, & induunt eum
púrpura, & impónunt
ei plectentes corónam
spineam : Alleluia.

Psalm. Cum invocá-
B rem.

rem. 4. Verba mea. 5. Dómine Dóminus nos-
ter. 8. ¶ Exiit Jesus
portans spíneam corô-
nam, Allelúia. R. Et
purpúreum vestimén-
tum, Allelúia. Pater nos-
ter.

De sermóne S. Bernárdi, de Passióne Do-
mini.

Lectio iv.

Atténde áнима
mea, quis est is-
te, qui ingréditur, ha-
bens imáginem quasi
regis, & nihilominus,
servi despectíssimi con-
fusione replétus, coro-
natus incédit. Sed ipsa
etiam ejus corôna cru-
ciatus est illi, & mil-
le punctúris speciosum

ejus caput vúlnerat. Re-
gáli púrpura indúitur,
sed pótius in ea despí-
citur quam honorátur.
Sceptrum in manu ges-
tat, sed eo ipso caput
ejus reveréndum ferí-
tur. Adórant coram eo
pósitis in terra géni-
bus, & regem clámant,
& contínuo sputis amá-
biles ejus genas sublí-
niunt. Maxíllam palmis
& amábile collum inho-
nórant. Tu autem.

R. Circundedérunt
me viri mendáces, sine
causa flagéllis cecidé-
runt me, *Sed tu Dó-
mine defénsor víndica
me, Allelúia. ¶ Quó-
niā tribulatio próxi-
ma est, & non est qui
ájuvet. Sed tu Dómi-
ne, &c.

Lectio v.

ET nunc Dómine Redémptor meus, te ut verum Deum adóro, in te confido, in te spero, ad tuæ passiōnis gloriōsa insígnia, in quibus salutem meam operatus es, totum me inclino. Tuæ victoriósæ Crucis vexillum in nōmine tuo, Christe, adóro. Tuum spíneum diadēma, tuos rubéntes sanguíneos clavos, tuo sacro láteri immérsam lánceam, tua vúlnera, tuum sanguinem, tuam mórtem, tuam sepultúram, tuam gloriósam, & victoriósam resurrec-tiōnem, & glorificatiō-nem, Christe, súpplex adóro, & glorífico.

Odor enim vitæ spírat mihi in ómnibus his: horum vivíscio odore spíritum meum Dómi-ne, à peccáti morte re-súscita. Tu autem.

R. Opprórium factus sum nimis inimícis meis: vidérunt me, & mové-runt capita sua: * Adjuva me Dómine Deus meus. Allelúia. ¶ Loci sunt adversum me língua dolosa, & ser-mónibus ódii circunde-runt me. Adjuva me &c.

Lectio vi.

UT autem áliqua similitudo cápi-tis nostri in me appá-reat, detur, óbsecro menti meæ, & salutáris pœnitentiæ compúnctio,

& alienæ miseriæ compassio, & stimulus zeli æmulans quod rectum est coram te, ut ad te convertar in ærûmna mea, dum triplex configitur spina. Libet, ut spóngiam per arúndinem ori meo pôrrigas: & acéti amaritúdinem ori meo adhíbeas. Libet, ut per scriptúras tuas ratíoni meæ cónferas gustâre, & vidêre, quóniam florens hic mundus tamquam spóngia inânis est, & omnis concupiscéntia ejus acéto amárior. Tu &c.

R. Synagôga populôrum circumdederunt me, & non reddidi retribuéntibus mihi mala: * Consumétur Dómine nequítia peccatô-

rum, & díriges justum, Allelúia, Allelúia. ¶ Júdica me Dómine secúndùm justítam meam, & secúndum innocéntiam meam super me. Consumétur &c. Glória Patri. Consumétur.

In tertio Nocturno.

Aña. Tuam corônam adorâmus Dómino, tuum gloriósum recólimus triúmphum, miserere nobis, qui passus es pro nobis: Allelúia. Psalm. Cantâte Dómino 95. Dóminus regnâvit. 96. Cantâte Dómino 97. ¶ Circündedit me populus iste, Allelúia. R. Spinis peccatórum suòrum, allelúia. Pater &c.

Léctio S. Evangélii se-
cundum Joán-
nem.

Lectio vij. (Cap. 19.)

IN illo tempore:
Apprehéndit Pilá-
tus Jesum, & flagellá-
vit, & milites plectén-
tes corónam de spinis
imposuérunt cápti ejus.
Et réliqua.

Homilia S. Augustíni
Episcopi. (Tract. 116.)

CUM Judæi cla-
mássent, non Je-
sus sibi à Piláto dimit-
ti velle per Pascha, sed
Barábbam latrônem,
non salvatôrem, sed in-
terfectôrem, non datô-
rem vitæ, sed ademp-
tôrem ; tunc apprehén-
dit Pilátus Jesum, &
flagellávit. Hoc Pilátus

non ob áliud fecisse
credéndum est, nisi ut
ejus injúriis Judæi sa-
tiáti, suffícere sibi exis-
timárent, & usque ad
ejus mortem Judæi sæ-
vire desísterent. Ad hoc
pertinet, quod idem
Præses cohórtē suam
étiam permísit fácerē
quæ sequúntur, aut for-
tassis & jüssit, quamvis
hoc Evangelista tacue-
rit: dixit enim quid
deinde fecerint milites;
Pilátum tamen id jus-
sisse non dixit. Et milí-
tes, inquit, plecténtes
corónam de spinis im-
posuérunt cápti ejus,
& veste purpúrea cir-
cumdedérunt eum, &
veniébant ad eum, &
dicébant: Ave Rex Ju-
dæorum: & dabant ei
ália-

álapas. Tu autem.
R. Tota die contrastatus
 ingrediēbar, Dómine,
 quóniam ánima mea
 complēta est illusióni-
 bus: * Et vim facié-
 bant, qui quærébant
 ánimam meam, Allelú-
 ia, Allelúia.. ¶ Amíci
 mei adversum me appropinquavérunt & stetérunt, & qui juxta me
 erant, de longè steté-
 runt. Et vim faciébant.

Lectio viii.

SIC implebántur
 quæ de se prædí-
 xerat Christus: sic mär-
 tyres informabántur ad
 ómnia, quæ persecutó-
 res libuisset facere, per-
 ferénda: sic paulisper
 occultata treménda po-

téntia, commendabátur
 prius imitánda patien-
 tia: sic regnum, quod
 de hoc mundo non
 erat, supérbum mun-
 dum, non atrocitatē
 pugnádi, sed patiéndi
 humilitatē vincébat: sic
 illud granum multi-
 plicándum seminabátur
 horribili contumélia,
 ut mirábili pulluláret
 in glória. Tu autem.

R. Milites plecténtes
 corônam de spinis im-
 posuérunt cápiti Dó-
 mini, & veste purpúrea
 circumdedérunt eum: *
 Et veniébant ad eum,
 & dicébant: Ave rex
 Judæorum, Allelúia,
 Allelúia.. ¶ Exívit ergo
 Jesus, portans corônam
 spíneam, & purpúreum
 vestiméntum. Et venié-
 bant.

bant, &c. Glória Patri.
Et veniébant.

Lectio ix.

Exit íterum Pilátus forás, & dicit eis : Ecce addúco eum foras, ut cognoscáatis, quia in eo nullam causam invénio. Exiit ergo Jesus , portans spíneam corónam , & purpúreum vestiméntum , & dicit eis: Ecce homo. Tu autem.

Te Deum laudámus.
Ad Laudes & per horas Añæ. sicut in primis Vesper. Capitulum. Hymnus, & y. etiam sicut in primis Vesperis.

Ad Benedictus. Aña.

Exiit ergo Jesus forás, pótans corónam

spíneam, & purpúreum vestiméntum: Allelúia.

Oratio ut suprà.

Ad Tertiam, Aña,
Posuísti. Capitulum.
Egredímini, &c.

breve. Tuam corónam adorámus Dómine: * Allelúia, Allelúia. Tuam corónam.

* Tuum gloriósūm recólimus triúmphum. Allelúia, Allelúia. Glória. Tuam corónam.

Plecténtes corónam spíneam , Allelúia. Posuérunt super caput Dómini Allelúia.

Ad Sextam. Antiphona. Coróna spínea. Capitulum. (*Isaiae 53.*)

VERÈ languóres nostros ipse tu-
lit , & dolóres nostros ipse portávit, & nos pu-
tâ.

tâvimus eum, quasi le-
prôsum, & percûssum
à Deo, & humiliátum.

R. breve. Plecténtes
corônam spíneam, *
Allelúia. Allelúia. Plec-
téntes. ¶ Posuérunt
super caput Dómini.
*A*llelúia, Allelúia. Gló-
ria. Plecténtes. ¶ Exî-
vit Jesus portans spí-
neam corônam, Alle-
lúia. *R.* Et purpúreum
vestiméntum. Allelúia.

Ad Nonam. Aña.
Pungens spína.
Capitulum. (*Isaïe. 53.*)

Tu se autem vulnerá-
tus es propter ini-
quítates nostras: attrítus
es propter scélera
nostra: disciplina pacis
nostræ super eum, & li-
vore ejus sanati sumus.

R. breve. Exîvit Je-

sus pôrtans spíneam co-
rônam. * Allelúia: Al-
lelúia. Exîvit &c. ¶ Et
purpúreum vestimé-
ntum: Allelúia, Allelúia.
Glória Patri. Exîvit. ¶.
Circündedit me pôpu-
lus iste, Allelúia. *R.*
Spínis peccatórum suô-
rum, Allelúia.

In secundis Vesperis,
Añæ. Capit. & Hymn.
sicut in primis.

¶ Exîvit Jesus pôr-
tans spíneam corônam,
Allelúia. *R.* Et purpú-
reum vestiméntum, Al-
lelúia.

Ad Magnificat. Aña.

Verè languóres nos-
tros ipse tulit, & spínas
peccatórum nostrorūm
ipse portâvit: vulnerátus
est enim propter iniqui-
tates nostras: & attritus
est

est propter scélera nos-
tra. Allelúia. Oratio.
Præsta, ut suprà.

Deinde fit comm. S.
Joan. ante port. Latin.
& Octav. S. Secundi.

DIE IX. MAIJ.

In festo Octavæ S. Se-
cundi Episc. & M.
Duplex.

Omnia dicuntur de
Cñi.uniusMartyristem-
pore Paschali, præter se-
quentia.

Oratio.

INfirmitatem nos-
tram résponce om-
nipotens Deus, & quia
pondus própriæ actionis
gravat, Beáti Secúndi
Mártiristui, atque Pon-
tificis intercéssio gloriô-
sa nos prótegat. Per Dó-
minum nostrum.

Ad Matutinum. In

primo Nocturno Lect.
de script. occurrente.

In secundo Nocturno.
Sermo sancti Joánnis
Chrysóstomi.

(*De sancto Ignatio, tom.
5. circa medium.*)

Lectio iv.

TEmpus animad-
vítate, fratres,
quo dignitatem Episco-
palem Beátus Secúndus
est assecútus. Neque
enim est éadem nunc,
quæ tunc erat; Ecclé-
siam gubernandi con-
dítio: non æquális est
labor, viam tritam, &
planè parátam post mul-
tos íngredi viatóres; at-
que eam, quæ nunc pri-
mó secánda est, quæque
prærúpta, & saxósa, fe-
rísque plena, nec ullum
adhuc viatorem admí-

C sit.

sit. Tunc autem , quo-
cumque quis óculos vér-
teret, ubique præcipítia,
bárathra , & bella , &
pugnæ , & pericula. Im-
peratôres , & Reges , &
pópuli , & civitâtes , &
gentes , & doméstici , &
aliéni credéntibus insí-
dias tendébant. Tu au-
tem. *Rg.* Lux perpétua &c.
(Paulò post.) Lect. v.

Quemádmodum ígi-
tur gubernatôrem
admirâmur , non quòd
vectóres possit in por-
tum incólumes dúcere,
cùm mare tranquíllum
est, cumque navis fertur
ventis secúndis: sed cum
insaniénte pélago, ven-
tisque sàviéntibus , qui
in navis sunt inter se dis-
sentiunt magnatempes-
tate intus & foris navi-

gántes exagitânte , na-
vim tamen potest dirí-
gere, & conservâre. Sic
eos , qui tunc Ecclésiam
regébant, multò magis,
quàm illos , qui eam in
præsentia gubérnant sus-
picere debémus , & ad-
mirári , quando multa
bella intus, & foris, quan-
do fidei planta imbecíl-
lior erat adhuc, & dili-
géntia magis indigébat:
quando véluti modò gé-
nitus infans Ecclésiæ pó-
pulus magnam provi-
déntiam , atque sapién-
tiam ánimæ , à qua nu-
triéndus esset , postulâ-
bat. Tu autem. *Rg.* In
servis suis , &c.

(Paulò post.) Lect. vi.
VErùm, ne totum
tempus in Epis-
copátus consideratione
col-

collocántes, ab iis, quæ ad eum, uti mártym rem spectant, enarrándis excludámur; age ad illius certámina contendámus. Versútus enim diábólus; & ad struén-das aptus insídias, existimâbat, si pastóres sustulísset, ovília se fá-cilè direptúrum. Sed qui comprehéndit astútos in cōrūm astútia, ostén-dens Ecclésias suas non ab homínibus gubernári, sed eos, qui in ipsum credunt, semper à se regi; id fieri permittébat, ut cum cérneret, rectó-ribus sublátis, non tam religiōnem deléri, nec veritatis prædicatiō-nem extíngui, sed pó-tiùs augéri; ex rebus ip-sis, & ipse, & qui ei in-

serviébant omnes intel-ligerent, Christianò-rum disciplinam non ab homínibus pendere, sed in cœlis rādices ágere, Deúmque esse, qui ubi-que Ecclésias tuerétur. Tu autem Dómine.

R. Filiæ Jerúsalem, &c.

In tertio Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secundùm Joánnem.

Lect. vii. (Cap. 15.)

IN illo témpore: Di-xit Jesus discípulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus agrícola est. Et réliqua.

Homilia Sancti Cyrilli Episcopi Alexandríni.

(Lib. 10. Cap. 14. in Joan.)

EA de causa vitem se appellásse ma-nifestè Dóminus ostén-dit,

C 2 dit,

dit, ut quasi oculis hoc exēmple cernerēmus, manēntes in eo ut pālmitēs, ex vitā humōre tracto spiritālem posse fructum affērre: resiliēntes vero ab eo, vel quia in fide, vel quia in servatiōne mandāti deficiant, non modō nihil fructus productūros, sed æternū etiam ignem passūros. Qui enim à pietāte, vel charitāte Christi décidit, supplīciis seipsum tradit, sicut decisus palmes ad nihil aliud quam ad ignem útilis est. Tu autem. *R.* Ego sum vi-
tis vera, &c.

(Paulo post.) Lect. viii.

R Adicem supérnāe benevolētiæ, ac firmamēntum esse ait,

si quasi spiritāle depōsitū, Evangēlicæ disci- plinæ dōgmata, & mandāta servārint. Servātibus autem, sine mora petīta bona pollicētur affutūra. Si manserītis, inquit, in me, & verba mea in vobis mānse- rīt, quodcūmque voluerītis, petētis, & fiet vobis. Fieri enim po- test, ut in Christo mā- neas, & verba ejus in te non hābeas. Duplex enim via est, per fidem, & per charitātem prop- ter quam mandāta ser- vāntur. Tu autem.

R. Cānd idi facti sunt.

Lectio ix.

Q UÆ cūm ita sint, qui verbis nudis Christum confitēntur, sed

sed mandatōrum obser-
vationē, id est, charitā-
te ad perfectiōnem non
conformántur; quam-
vis Christo fide inhæ-
reant, inque eo hac ra-
tiōne māneant, verba
tamen ejus non habent:
non oblīti quidem illi
prædicatiōnis Evangé-
licæ, sed illécebris vo-
luptātum capti, sp̄iritus
grātiam abjiciunt. Qua-
re opōrtet ad fidem ópe-
ra charitatis accēdere:
nam, qui sic facit, is, &
in Christo per fidem
manet, & in corde suo
verba ejus consérvar: ut
in Psalmis dicitur: In
corde meo abscondieló-
quia tua, ut non peccem
tibi. Tu autem Dómine.
T e Deum laudāmus,

MENSIS JULII.

DIE XIV. JULII.

Celebratur festum
Dedicationis Ntræ. Al-
mæ Apōst. Eccles. Ca-
thed. Abulens. & alia-
rum Ecclesiarum Diœ-
ces. dup. primæ clasis
cum Octav. Omnia di-
cuntur ut in communi
Dedicationis Ecclesiæ.

DIE XXI. JULII.

Octava Dedicationis
Ecclesiæ dup. Omnia
dicuntur ut adnotatur
in Breviar Roman.

MENSIS AUGUSTI.

DIE VI. AUGUSTI.

Festum Transfigura-
tionis Domini nostri
Iesu Christi Ntræ. Al-
mæ Apostolic. Ecclesiæ

Ti-

Titular. dup. primæ Clasis, & in Matrice cum Octava.

Omnia dicuntur ut in Breviario Romano describitur; excepta nona lectione, quæ sequitur (omissa illa quæ est de Sanctis) & est Sancti Joan. Chrysostomi.
(Ex Hom. 57. in Matth. initio.) Lect. ix.

TU verò Matthæi Philosophiam considera, qui non celavit nōmina eōrum qui præpositi fuerant. Quod & Joánnes sæpius facit, cum eximias Petri laudes veríssimè, ac diligentissimè describat. Nullum enim in hoc Apostolorum consórtiō livor, aut inānis glória locum habēbat. Primos

igitur Apostolōrum sérōsum assúmpsit. Quamobrem eos solos accépit? quia excellentiores cœteris videlicet erant. Cur autem non illico, sed post sex dies hoc fecit? ne cœteri scilicet discipuli seu hómines moverentur: qua de re nec eos nomināvit, quos acceptūrus erat. Tu autem Dómine. Te Deum laudāmus.

DIE XIII. AUGUSTI.

Octava Transfigurationis Domini dup. Omnia sicut in die, præter sequentia.

In primo Nocturno. Lection. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno. Sermo Sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini.

(Apud

(Apud Metaphrast. post
medium.) Lect. iv.

Arbitratus fortasse
Beatus Petrus ad-
venisse tempus regni
Dei, in monte quidem
versari dedit; dicit au-
tem tria esse facienda
tabernacula, nesciens
quid diceret. Non erat
enim tempus consum-
mationis saeculi, neque
in praesenti temporibus
sancti futuri particeps
spei eis promissa. Cum
ergo dispensatio adhuc
esset in principio, &
nondum esset finita:
quomodo erat consen-
taneum, Christum, qui
venerat propter charita-
tem in mundum, desi-
nere pro eo velle pati?
Nesciebat ergo Petrus
quid diceret. Tu autem.

R. Inebriati, &c.

Lectio v.
Ceterum præter ad-
mirabile, & ar-
cānum Christi gloriæ
spectaculum, aliquid
quoque aliud factum est
utile, & necessarium ad
confirmandam in se fi-
dem, non solis discípu-
lis, sed etiam nobis ip-
sis. Désuper enim ex al-
to extitit vox Dei, &
Patris, dicentis: Hic est
filius meus dilectus, in
quo mihi bene compla-
cui, ipsum audite. Et
dum facta est, inquit,
vox, inventus est solus
Jesus. Ecce praesente
Moyse, Pater jubet sanc-
tis Apostolis, ut eum
audiant. Quod si eos
voluisset sequi præcepta
Mysis, dixisset: servate
legem. Nunc autem ne
hoc quidem dicit Deus,

&

& Pater. Aberat quidem Móyses, Elías autem non áderat, solus verò erat Christus. Jussit ergo ipsum audire: ipse est enim finis legis, & Prophetarum. Tu autem.

R. Precéptor, &c.

Lectio vi.

Propterea Judæorum populum allocutus est, dicens: si crederētis Moysi, crederētis útique mihi: ille enim de me scripsit. Quóniam autem, & per sapientissimum Móysem datum præceptum contémnere, & quæ per sanctos Prophétas dicta sunt, nihil dúcere perpetuò perseverárint, jure sunt abalienati, & exturbati à bonis, quæ

promissa sunt ipsis pátribus. Obedientia enim mélior est quam sacrificium, & auscultatio, quam adeps agnōrum, sicut scriptum est. Et ita quidem se habent res Judæorum. Nobis autem, qui ejus advéntum agnōvimus, ómnia omnino bona áderunt, per ipsum, & in ipso Christo: per quem, & cum quo, Deo, & Patri glória, & poténtia, cum sancto Spíritu in sæcula sæculorum. Amen. Tu autem Dómine.

R. Si ministratio, &c.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangélii secundum Matthæum.

Lectio vii. (*Cap 17.*)

In illo tempore: Assumpsit Jesus Petrum,

trum , & Jacôbum , &
Joánnem fratrem ejus ,
& duxit illos in mon-
tem excélsum seórsum ,
& transfigurátus est an-
te eos . Et réliqua .

De Homiliâ Sancti Am-
brósii Epíscopi .

Hic est Fílius meus ,
diléctus . Hoc est :
non Elías filius , non
Móyses fílius , sed hic est
fílius , quem solum vi-
détis : recessérunt enim
illi , ubi cœpit Dómi-
nus designári . Vides
hanc non solùm insi-
piéntium , sed étiam
cœlestium fidem esse
perféctam , Fílium Dei
scire . Sed quóniam hæc
jam suprà díximus , cog-
nósce nubem istam non
fumigántium esse mó-.

tium nebuloso humòre
concrétam , & coácti áë-
ris caligine píceam ,
quæ cœlum tenebrárum
horròre subtéxat : sed
lúcidam nubem , quæ
nos , non pluviálibus
aquis , & huméntis allu-
viône imbris , immádi-
det ; sed de qua mentes
hóminum , voce Dei
omnipoténtis emissa , ros
fidei rigávit . Tu autem
Dómine .

B. Vocávit , &c.

Lectio viii

Taque cum tres es-
sent , unus est fac-
tus . Tres in princípio vi-
déntur , unus in fine .
Perfæcta enim fide unum
sunt . Dénique hoc étiam
Dóminus Patrem orat ,
ut omnes unum siimus .
Nec solùm Móyses , &

D Elías

Elias in Christo unum sunt, sed etiam nos unum Corpus sumus Christi. Ergo & illi tamquam in uno Cörpore recipiúntur in Christi corpus: quia & nos unum érimus in Christo Jesu. Aut fortássis, quia lex, & Prophétæ ex verbo: quæ autem ex verbo cœpérunt, in verbo désinunt. Finis enim legis est Christus ad justitiam omni credénti. Tu autem Dómine.

R. Deus qui fecit, &c.

Pro SS. Martyribus Hipólito, & Cassiano.

Lectio. ix. ut in Breviario.

DIE XXXI. AUGUSTI.

In festo Sanctorum
Martyrum Vincentii

Sabinæ & Christetæ Fratrum. & Patron. huj. Dicece. Abul. dup. pri- mæ Clasis cum Octava. Omnia ut in Communi plurimorum Martyr. præter sequentia.

In primo Nocturno. Lect. de Cñi. F ratres de- bitóres.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

VIncéntius invícti áimi júvenis, Héboræ in Portugállia natus, sæviénte Diocleciáni, & Maximiáni in Christianos persecutiōne, accusátus quòd Christianus esset, ad Daciánum Hispánia Præsidem, tunc Héboræ commorántem dúcitur, à

à quo interrogátus cuius
sectræ esset , forti cons-
tantíque ánimo respon-
dit se Christum cólere,
& de ejus nómíne Chris-
tiánum vocári. Ad quem
Daciánus : Illum colis
quem Judæi ob ejus fa-
cínora crucifixérunt? cui
Vincéntius , iniquè fe-
rens ab ímpio tyráno
Christum contuméliis
áffici: obmutésce, inquit,
Diábole , & noli quic-
quam ei exprobrâre,
quem, si sáperes, cólere
debéres. Tunc Daciánus,
dicens se juveníli ætáti,
necdum ad firmum pru-
déntiæ robur provéctæ,
párcere; consúluit Vin-
céntio , ut se tamquam
patrem áudiens , diis
ímmolet. At Vincé-
nius maniféstam Daciáni

améntiam redárguens:
sólido, ait, intellectu ca-
rent , qui relícto vero
Deo, lápides , & ligna
venerántur. Tu autem
Dómine.

Sancti tui, &c.

Lectio v.

H Is verbis commo-
tus Daciánus, jú-
bet Vincéntium, aut sa-
crificare Jovi , aut , si
nolit sacrificare , acer-
bíssimis afféctum cru-
ciátibus, interfici. Itaque
ad Jovis aram Vincé-
nius, ut sacrificet, in lá-
pide pónitur, cui, tam-
quam luto figuli emol-
lito , pedum vestígia
impréssit: quæ in hunc
usque diem Héboræcer-
nuntur. Quo miráculo
pertérriti mítiles, verum
Deum esse, quem Vin-

D 2 cén-

centius cóleret, asseruerunt. Daciánus verò Vincéntium in cáceris custódiam redúci ímparat, atque illi triduánas indúcias concédit, quibus secum ipse delíberet, sacrificare ne magis, aut mori velit. Quo temporis intervállo, Vincéntius multórum ánimas Christo sua prædicatiōne acquisivit. Tu autem Dñe. R. Vérbera, &c.

Lectio vi.

TNtérea Sabína, & Christēta sorores, nactæ opportunitatē ingrediéndi cácerem; multis lácrymis fratrem rogárunt, ut inde unā aufugerent: ita ut vel è persecutórum máni- bus simul liberaréntur, vel comprehénsi mor-

tem pro Christo simul occúmberent. Quare Vincéntius justis sororum præcibus annuens, cum ipsis aufugit, atque Abulam pétuit; sed illic à nequissimo quodam hómine, insequentiū mánibus fraude tráditi, primùm in eqúleo, usque ad membrorum ómnium compágum laxationem exténti sunt: tum eorum capita subjéctis lapídibus superpósita, validis íctibus usque ad excussiōnem cérebri contússasunt. Itaque sexto Kaléndas Novémbris gloriosissimum martyrium complevérunt. Horum cörpera, cum ob minas persecutórum in humâta jacérent, pro-

si-

síliens è terra sérpens custodiébat, qui Ju- dæum quemdam prædívitem, hæccuriósius ins- pectántem, spíris ádeo constrínxit, ut penè exánimem rédderet; sed Judæus divíno affla- tu Christum ínvocans, á serpente dimissus est: postmodum suscépto Christi Baptísmo, mártiryrum córpora sepelívit: & post áliquod tempus Basílicam constrúxit, eo- rúmque nomínibus de- dicávit. Tu autem Dñe.

Rg. Tamquam, &c.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vii. (Cap. 6.)

TN illo témpore: Des- céndens Jesus de monte, &c,

Homilia Sancti Ambró- sii Episcopi.

Advérite ómnia dili- génter, &c, ut in Cui. secundo loco.

Oratio.

Deus qui nos án- nua Sanctórum Mártyrum tuorum Vin- centii, Sabínæ, & Chris- tétæ solemnitáte læti- ficas: concéde propí- tius, ut quórum gaudê- mus méritis, accendâ- mur exémplis. Per Dó- minum nostrum.

MENSIS SEPTEMB.

DIÉ VII. SEPTEMB.

Octava Sanctorum Martyrum Vincentii Sabinæ, & Christetæ Fratrum. Omnia dicun- tur

tur ut in communi plu-
rimorum Martyrum
præter sequentia.

Oratio.

Deus qui nos án-
nua , &c. ut in die.

Ad Matutinum. In
primo Nocturno. Lec-
tiones de Scriptura oc-
currente.

In secundo Nocturno.
Sermo Sancti Fulgéntii
Episcopí.

(Sermo 10.) Lectio iv.

Delectat videre cam-
pos , ségetum
aureis maturatiscalamis
aristârum ; delectabí-
liùs libet atténdere cam-
pos Ecclésiæ Mártirum
micántes , plantátos de
uno cruôre per Agni
sanguinem innocéntem.

Ségetes étenim sunt pas-
siones mártirum, juxta
cursus aquârum , rigáti
fóntibus lacrymârum.
Nam sic modò Beátus
David mártirum pur-
purâta gérmina, & ante
messóres gaudiôrum,
tamquam manceps , se-
cânti messória cíthara
decantâbat : Qui sémi-
nant,inquit,in lácrymis,
in gáudio metent. Ubi
séminant in lácrymis,
nisi juxta árborem Cru-
cis , ubi est fons próxi-
mus Salvatóris? Tu au-
tem Dómine.

P. Sancti tui, &c.

Lectio v.

TNde de lâtere ejus
sanguinis guttæ sti-
larunt , & pluvia crû-
ris , & aquæ seminâta
est

est tolerántia Confessórum. De ipso ligno vi-
réntis Crucis juxta fon-
tem sanguinis plantâta
virginitas flóruit casti-
tatis: inde plantâta már-
tyrum tolerántia cœpit
séminissui gérmina col-
lígere purpurâta. Nam
unde mártires tolérant,
nisi per Domínicam
Crucem? Unde márti-
res, in quôrum córdi-
bus lex Dei est, male-
dictiōnes non timent hó-
minum, nisi quia Chris-
tus Dóminus pértulit pa-
tiénter impropéria Ju-
dæorum? Ista ergo semi-
natió Sanguinis Chris-
ti fecit sémina márti-
rum pullulâre in cam-
po matris Ecclésiæ, &
dicit David: Qui sémi-
nant in lácrymis, in

góudio metent: eúntes
ibant, & flebant. Tu
autem Dñc. R. Vérbera
carníficum, &c.

(Circa fin.) Lectio vi.

Sic perrexérunt: quó-
modò revertúntur?
non flentes, sed gau-
déntes: non adhuc se-
minántes, sed manípu-
los suos læta cervice
portántes. O gérmina,
quæ non urit flamma,
quia juxta flumen sunt
vitreum in Jerúsalem,
& perpétuò viréscunt
flore immortalitatis vi-
tæ ætérnæ. Nesciunt
marcéscere, quia non
timuérunt pro justitia
flammis ardere: quia Ag-
nus dedúcet eos ad vitæ
fontes aquârum, & de-
lêbit omnem lácrymam

ab

ab oculis eorum, & florébunt sicut lílum in
médio Angelórum. Tu
autem Dñe. Rx. Tam-
quam aurum. &c.

In tertio Nocturno.

Léctio Sancti Evangé-
lii secúndūm Lucam.

Lectio vii. (Cap. 6.)

TN illo témpore: Des-
céndens Jesus de
monte, stetit in loco
campéstri, & turba dis-
cipulórum ejus, & mul-
titudo copiosa plebis ab
omni Judæa, & Jerú-
salem, & marítima, &
Tyri, & Sidónis. Et
réliqua.

De Homilia Sancti Am-
brósii Episcopi.

(Unde supra)

ET in Matthæo si-
tim, & famem
intelligimus spiritalem,
qua cibus justitiæ desi-
derâtur, aut potus: quia
virtus quasi matéria
quædam virtutum est,
ut justus æqualem se
inferioribus præstet, do-
lum excluðat, veritatem
requirat. Beati qui nunc
fletis, quia ridebitis.
Habes prudentiam, cu-
jus est flere occídua, &
ea quæ æternas sunt quæ-
rere, lugere sæcularia,
quæ se ipsa impugnant.
Deum pacis inquirere,
qui stulta mundi elégit,
ut confundat sapientes,
&

& qui ea quæ non sunt
déstruat, ut quæ sunt
possit adipíisci. Tu au-
tem Dómine. *Re.* Prop-
ter testaméntum, &c.

Lectio viii.

BÉATI éritis cùm vos
óderint hómines. Habis fortitúdinem; sed
eam quæ non ódium
mereáatur ex crímine,
sed persecutióñem pa-
tiátur ex fide. Sic enim
ad passiōnis pervenítur
corónam, si grátiam
hóminum néligas, di-
vínam sequárvis. Dénique,
ut scias consum-
matiōñem esse fortitú-
dinis passiōñem, secún-
dum hæc, inquit, fa-
ciébant Prophétis patres
eòrum: quia Prophétas

Judæi usque ad mor-
tem córporis persecuti
sunt. Tu autem Dómi-
ne. *Bz.* Sancti, &c.

Lectio ix.

EST etiam fortitú-
dinis, iram víncere
indignationémque
cohibére: ac per hoc
fortitudo ánimum cor-
púsque confírmat. Nec
perturbári sinit timore
áliquo vel dolore: qui-
bus velut pravis inter-
préibus plerúmque per-
célimur. Ergo tempe-
rántiam cordis habet,
animique munditiam;
justitia misericórdiam,
pacem prudéntia, man-
suetúdinem fortitudo.
Tu autem. Dómine.

Te Deum laudámus.

E Men-

MENSIS OCTOBR.

DIE XV. OCTOBR.

In festo Sanctæ Theresiæ à Jesu Virginis Naturalis, & Patron. Abulæ, dup. primæ classis cum Octav.

Omnia dicuntur de communi Virginum, præter propria, quæ habentur in Breviario Romano. Lectiones primi Nocturni. De Virgínibus. Præceptum, &c.

DIE XXII. OCTOBR.

Octav. S. Theresiæ Virg. duplex.

Omnia dicuntur de commun. Virgin. ut in 15. huj.

Lectiones primi Noc-

turni de Scriptura ocurrente.

In secundo Nocturno.

De Epístola Sancti Hierónymi Presbiteri ad Eustóchium.

(*De custodia virginitatis, tomo I. circa medium.*)

Lectio iv.

DE virgínibus, inquit Apóstolus, præceptum Dómini non hábeo. Cur? quia & ipse, ut esset virgo, non fuit impérii, sed propriæ voluntatis. Neque enim audiéndi sunt, qui eum uxòrem habuissent confingunt, cùm de conti-

nén-

néntia dísserens, & suá-
dens perpétuam castitâ-
tem , intúlerit : Volo
autem omnes esse sicut
me ípsum: & infrà: Di-
co autem innúptis , &
víduis: Bonum est illis,
si sic permáneant, sicut
& ego. Quare ergo non
habet Dómini de virgi-
nitâte præcéptum? quia
majôris est mercêdis,
quod non cògitur , &
offértur : quia si fuísset
virgínitas imperâta,
núptiæ videbántur ablá-
tæ; & duríssimum erat
contra natûram cògere,
Angelorúmque vitam
ab homínibus extorquê-
re. Tu autem Dómine.

R^t. Propter veritâ-
tem, &c.

A Lia fuit in véteri
lege felicitas. Ibi dícitur: Beátus, qui
habet semen in Sion, &
domésticos in Jerúsá-
alem: &; Maledicta sté-
rilis, quæ non pariébat:
&; Fílii tui sicut no-
vellæ olivârum in cir-
citu mensæ tuæ. Vá-
cuus erat orbis , & , ut
de typicis táceam , sola
erat benedictio liberô-
rum. Proptéreà & Abra-
ham jam senex Céturæ
copulâtur , & Jacob
mandrágoris redímitur,
& conclusam vulvam,
in Ecclésiæ figûram,
Rachel conquéritur.
Paulâtim verò incres-
centे ségete,messor im-
míssus est. Virgo Eliás,

E 2 Eli-

Elisêus Virgo, vírgines multi filii Prophetârum. Jeremíæ dicitur: Et tu ne accípias uxôrem. Santificâtus in útero , captivitâte propínqua , uxôrem prohibêtur accípere. Aliis verbis idípsum Apóstolus lóquitur: Exístimo hoc bonum esse , propter instántem necessitâtem. Quæ est ista necéssitas, quæ aufert gáudia nuptiârum? Tempus breviâtum est, in próximo est Nabuchodónosor. Tu autem Dómine. R. Dilexísti , &c.

(Paulò post.) Lectio vi.

INVENIEBÂTUR ergo, ut díximus , in vi-
ris tantùm hoc conti-

néntiæ bonum , & in dolóribus júgiter Eva parturiébat. Postquam verò virgo concépit in útero , & péperit nobis púerum , cuius princi- pátus in húmeros ejus, Deum, fortem, patrem futúri sæculi; solûta ma- ledíctio est. Mors per Evam, vita per Mariam. Ideóque & dítius virgi- nitâtis donum fluxit in féminas , quia cœpit à fémina. Statim ut fílius Dei ingrèssus est super terram , novam sibi fa- miliam instituit, ut qui ab Angelis adorabâtur in cœlo, habêret Ange- los , & in terris. Tunc Holoférnis caput Ju- dith cóntinens amputâ- vit: tunc Aman, qui in- terpretâtur iniquitas , suo

suo combustus est igni: tunc primùm auditum est: Quæ non est nupta, cōgitat quæ sunt Dómini , ut sit sancta cörper, & spíritu. Tu autem Dómine. Rx. Afferéntur , &c.

In tertio Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. (Cap. 25.)

In illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Símile est regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipiéntes lámpades suas , exierunt ób viam sponso, & sponsæ. Et reliqua.

De Homiliâ Sancti Augustini Episcopi.

(*Unde supra.*) (Cap. 8.)

Inténdat itaque chàritas vestra. Sapiéntium lámpades ardébant de óleo æterno, de consciéntiæ securitâre, de interiore glória , de íntima charitâte. Ardébant tamen , & illârum fatuârum. Quare tunc ardébant? quia non déerant laudes hóminum. Póste à verò quâm surrexérunt , id est , in resurrectione à mórtuis, cœpérunt aptâre lámpades suas , id est , parâre Deo óperum suôrum réddere rationem. Et quia tunc nemo est qui laudet , omnis homo cau-

causæ suæ vacat: non erant qui óleum vénđerent, cœpérunt deficere lámpades. Tu autem Dómine. *R.* Hæc est virgo, &c.

(*Circa finem Cap. 10.*)

Lectio viii.

Clausum est óstium: & quid illis dictum est? Non novi vos. Non illas novit, qui ómnia novit? Quid ergo est, non novi vos? Improbo vos; reprobo vos: in arte mea non vos agnósco: ars mea nescit víta. Hoc est autem magnum: & nescit víta, & júdicat víta: nescit faciendo, júdicat arguendo. Sic ergo, non novi vos.

Iérunt, intravérunt quinque prudéntes. Sint in vobis quinque prudéntes, ad istam prudéntiam quinárii númeri pertinéntes. Véniet enim hora, & quando nescimus véniet. Sic clausit Evangélium: Vigilate, quia nescítis diem, neque horam. Tu autem Dómine. *R.* Média nocte, &c.

Lectio ix.

COrde vígila, fide vígila, spe vígila, charitáte vígila, opéribus vígila, & quando corpore dormieris, véniet tempus ut surgas. Cùm autem surréxeris, præpara lámpades. Tunc non extinguán- tur, tunc in interiôre

cons-

consciéntiæ óleo vegetentur: tunc sponsus ille incorpóreis néribus amplectâtur, tunc te introducât in domum , ubi numquam dörmias, ubi numquam possit tua lampas extíngui. Hódie verò laborâmus, & lám-

pades nostræ inter ventos sacerduli hujus tentationésque flúctuant: sed árdeat in rubore flamma nostra, ut ventus tentationis áugeat ignem, pótiùs quam extínguat.
Tu autem Dómine.

Te Deum laudâmus.



The Decent Suspense

Two series. Double

points down at the end

of the first line

and the second line

at the end of the first

line of the second

line of the first

line of the second

line of the first

line of the second

consequently go to bed

to eat dinner before the

improbable situation

blocks the time to write

direct in journals, up

large amount of time, up

direct in journals, up


large amount of time, up

direct in journals, up

large amount of time, up








MARQUES DE SAN JUAN DE PIEDRAS ALBAS

BIBLIOGRAFIA TERESIANA

SECCIÓN XXVI

Libros y Escritos referentes a Avila.

Número.....	2719	Precio de la obra..... Ptas.
Estante.....	112	Precio de adquisición. >
Tabla.....	7	Valoración actual.... >



21

71